

wöhnlichen Umschlags unserer Urkunde, wegen der Zartheit des Pergaments ein Streifen von gleichartigem Pergament herumgelegt; so hatten die noch jetzt vorhandenen kirschrothen Seidenfäden, indem sie durch 4 Blätter gehen, einen stärkeren Halt zum tragen der schweren Bleibulle. Diese Vorrichtung fehlt an der andern Urkunde. An beiden ist das Ende des Umschlags nicht grade geschnitten.

II.

Papst Adrian IV. nimmt das Kloster S. Peter im Schwarzwalde in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen. 1157. September 26. Anagni.

Adrianus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Girardo priori ecclesie S. Petri de Cella eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum¹⁾).

Apostolice sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum ecclesiarum statu satagere et earum utilitati paterna sollicitudine providere. Quocirca dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus elementer annuimus et prefatum S. Petri monasterium quod ad Cluniacensem spectat ecclesiam, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec specialiter duximus annotanda. Prefatum videlicet locum qui Cella dicitur cum suis appendiciis in quo monasterium vestrum situm est, a bone memorie Burchardo Basiliensi episcopo per concambium ecclesie vestre concessum et postmódum a venerabili fratre nostro Ortilbo successore ipsius atque a karissimo filio nostro Conrado Romanorum rege scriptorum suorum munimine roboratum, ecclesiam quoque de Ahtekarl²⁾ ab alterius iure liberam cum sepultura et baptismo parvulorum, quem admodum iudicio venerabilis fratris nostri Hermannii Constantiensis episcopi vobis rationabiliter adiudicata est, curtem de Rimesingen, curtem de Greteshusen, item curtem de Rimesingen, curtem de Husen, ecclesiam de Gruningen³⁾, curtem de Munsingen, curtem de Maingen, curtem de Oliswilare, curtem de Wolvenwilare cum ecclesia, curtem de Eberingen, curtem de Scalstat⁴⁾, curtes de Obfingen⁵⁾, curtem de Vringen, cur-

1) Schluss der ersten Zeile, die in verlängerter Schrift geschrieben ist.

2) Bei Neugart in der Bestätigungsbulle Alexanders III. Ahtkarle.

3) Neugart: Grüeningen.

4) Neugart: Scaltat.

5) Neugart: Op-

phingen.